



1070

20

1689 2

DE <sup>de</sup>  
**IVRE EXPELLENDI**  
**CONDUCTOREM**  
 DIVINIS AVSPICIIS  
 FAVENTE  
 MAGNIFICO IVRECONSULTORVM ORDINE  
 PRAESIDE  
**GEORG. TOBIA ALBERTI D.**  
 PVBLICE DISPVTABIT  
**HENRICVS CASPAR ERHARTMANN**  
 RVDOLPH. SCHWARTZB.  
 A. ET R.  
 MENSE AVGVSTO clj lxxc LXXXIX.  
 VITEMBERGAE

---

LITTERIS SCHVLTZI.





CELISSIMO COMITI AC DOMINO  
DOMINO  
**ALBERTO ANTHONIO**  
E. S. R. I. QVATUOR - VIRIS  
COMITI IN SCHWARTZBURG  
ET HOHNSTEIN,  
DOMINO ARNSTEDTI SONDERSHVSAE  
LEV TENBERGAE LOHRAE  
ET CLETTENBERGAE

*COMITI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO*

PATRIAE PATRI OPTVMO,  
CELISSIMAM PRECATVS SALVTEM

HOC SVBMISSAE REVERENTIAE  
PIGNVS

OFFERT

AVTOR-RESPONDENS.

*Et statim à prima infantia appetunt societatem civilem.*



Quicquid a Deo effectum est conditum, illud nulla necessitate laborat. Atque natura effecta a Deo condita est.  
Et nulla necessitate laborare potuit. Minor patet ex Historia Creationis. Resp. t.  
Distinguit tua nat. Claritas in naturam in statu perfecto institutam et post lapsum corruptam.  
Verum ex hoc non videtur, quod ex necessitate naturae, Societates sint profecta, cum ante lapsum Socie-  
tas inveniunda fuit homini propter intentionem divinam, quae homini propterea dedit usum sermonis,  
qui non potest esse nisi ab alio. Et haec causa fuit inveniendae Societatis. Resp. t.

Secundo quoad naturam ipsam, quod nec haec sit causa Societatis patet. Quia quidem est ex Liberelectione illud non potest esse  
a natura. Sed homo est animal sociale ex Liberelectione. Et non potest esse natura tale. Major Liberelectio quia  
natura et Liberelectio sunt opposita. Minor patet quia in arbitrio hominis est positum, an, et cum Socie-  
tati se velit adiungere, an vero velit permanere in simplici, an vero in maiori. Resp. t.

Ad primum quod est inchoamentum inclinationis ad Societates esse naturam, cum homo a prima statim nativitate  
colenda Societati non est capax; adeoque, Quod non in omnibus datur omnibus illud non est naturale. Inclina-  
tio ad Societatem non datur in omnibus. Et non est naturalis. Minor probatur ex infantibus. Ex Resp. t. dicitur.  
In inclinationem naturalem in actu vero et in actu primo spectata, licet non prior in posterior datur in infantibus.  
Atque tamen manet firmum, quod inclinatio ad Societatem non sit naturalis, quia inter infantes non datur in  
omnibus; nam plurimi hominum naturalem fovent Antipathiam. Et cadit naturalis ad Societates colendas in-  
stinctus. Resp. t. Et si nunc concederem Societatem civilem esse a natura, tamen non sequitur contractus esse a na-  
tura naturali; veli statueris in hac ipsa Sectione. Quicquid non est a jure civili, illud non potest esse a  
a jure naturali. Contractus est jure civili. Et non potest esse a jure naturali.



Jure naturali. Contractus s. Juris Civilis. C. d. s. Juris naturalis. Majoris consequentia patet  
quod s. Civile longe posterior est Juri naturali. Minor patet, quia nullibi invenitur. Ad illud, obligatio  
hereditaria; donatio propter nuptias; Contractus Impositivus; id. sponsalitia largitas, nisi in  
Jure Civili. Rsp. t.

Dicit Noll. Ego. Respons. pauci dantur civilibus sanctionibus. Et vocabulum pauci denotat multitudinem  
nem et apud bonos Cultores idem est ac multi. Et autem multi tractus s. a Jure Civili; ab  
comode argumentari licet, quia a potiori fit denominatio. Rsp. t.

Unde de aliis legimus nimirum de Emptione Venditione, quod in ea pretium datur consistere in  
pecunia numerata, quod statim perfecta sit consensu. Rsp. t.

Video quoniam ex Doctrina vestra discursu quod Contractus quoad originem esse Juris naturalis, sed du-  
bitium mihi adhuc occurrit, quod statuatur naturam aequalitatem in contractibus imperare et  
ita quoniam, ut ex inaequalitate s. oriatur minus habenti, cum tamen manifestum sit naturam po-  
mittere, se invicem in contradendo circumscribere. Si enim natura permittit se invicem  
circumscribere in contradendo, sequitur quod non impedit aequalitatem. Sed prius est, l. c.

posterior. Ergo probatur ex Lege decima sextima d. 7. ff. de minoribus. Consequenter  
patet quia circumscribere non consistit in aequalitate. Rsp. t. Et Lege emittunt in ten-  
sed tamen licitum est, l. utique honestam et iustum erit. Rsp. t. Ita et sic; nam s. hoc  
quod de Equis, cum non omne





I. N. I.

DE

IVRE EXPELLENDI CONDUCTOREM.

DISSERTATIO

◉ I. ◉

*Expulsionem conductoris si pensionibus non paruerit natura suadet.*

**H**omines omnes in misero illo post lapsum statu quam primum intelligunt miseriam suam inuiti compelluntur necessitate naturae, vt societatem aliorum sui generis quaerant. Soli enim sibi minime sufficiunt ad auertenda corporis mala, aut bona eidem necessaria procuranda. Dira igitur mortales ad contrahendum impulit egestas, quae cum toti humano generi sit communis apparet contractus non ciuile inuentum, sed naturae ipsius et gentium esse institutum. Pauci debentur ciuilibus sanctionibus, aut mori certae reipublicae, plerique vel potius omnes singularem formam vt ab aliarum ciuitatum legibus ita praecipue a Romanis acceperunt. Ex humana vero egestate patet summa contractuum utilitas et necessitas vt vere affirmauerit Grotius contractus qui tollant eos tollere laudatissimam illam humani generis societatem, et mutuas benefaciendi occasiones, quin naturam denique ipsam violare. Nam propterea denegauit Deus vni omnia et superesse aliis quod reliquis deest, quo magis inuitaremur ad commercia nec ipsi nobis sufficientes redderemur insociabiles. In contractibus autem natura aequalitatem imperat, et ita quidem vt ex inaequalitate ius oriatur minus habenti. Aequalitas ista consistit in eo, vt tantundem nanciscatur vterque contrahentium et neuter ab alio grauetur. Etenim non solet alio animo contrahi, quam vt aequale quid vnusquisque accipiat, vt cuique tribuatur, quod aequalitatis ratione ipsi debitum. Sacrae litterae seuerè prohibent, ne quis affligat fratrem suum, neque sibi minimum tribuat, alteri minus. Vtrum autem de elocatione conductione verius quam

*Sive materia mihi o videb con-  
grua, et primo qd quoad neces-  
sitate, quae non sit socie-  
tas civilis inita et neces-  
sitate, cum deq oia pfecte  
goderit, nec sciantes  
tella re opg sabuerit  
causa } quomodo E. ne  
} cecitate com-  
pelli potuerunt  
Ktunc qd.*

*cap. 1. maris  
liberi.*

*Leuit. c. 6.*

A 2

de

*a pate  
ligio  
nisi i  
ullitid  
li; ab  
stere in  
sed du  
rare e  
dam pe  
vicem  
st. l. e  
gona  
e in ten  
n. Joe  
o omne*

*non licitum sit, donec sit. E. Leges promittunt iniusta.*





de emtione venditione agatur non disputabimus, posterius  
*ad Grotium.* contra Testatum Obulensem Episcopum defendit Osiander  
haud postremi inter suos nominis. Illud consensu interpre-  
tum ex verbis Leuitici manifestum est, damnare Deum inae-  
qualitatem in contractibus, et nimiam lucri auiditatem, siue  
alter per simulationem, siue ex actione maioris aut solutione  
minoris pretii, siue alio modo laedatur. Equidem detrahere  
aliquid alteri et hominem hominis incommodo suum augere  
commodum magis est contra naturam, quam mors, quam  
paupertas, quam dolor, quam caetera, quae possunt, aut cor-  
pori accidere aut rebus externis. Tametsi igitur in contracti-  
bus omnibus si requisita adsint ad perfectionem ipsorum ne-  
cessaria nulla detur *paenitendi* licentia siue vt Gronouius pater  
ad Grotium *ad q. d. g. c. facultas sine damno recedendi ab eo quod*  
*conuenerat*, et quae inter contrahentes conuenerunt omnino  
seruanda sint. L. I. pr. *de pact.* L. XI. §. i. *de action. emt.* cum ini-  
tio quidem libera potestas vnicuique sit habendi vel non ha-  
bendi contractus, renunciare autem semel constitutae obli-  
gationi aduersario non consentiente non possit: res tamen  
indicat multos dari casus, quibus ab obligatione et contractu  
etiam perfecto inuita quoque parte altera resilire liceat; haut  
alia sane ratione quam quod alias nisi recedere a contractu  
permissum foret euenturum esset id, quod aequitati iuris natu-  
rae aduersatur. Ita; *locatio & conductio*, quae vt recte a  
*L. XI. locati* Caio dictum, proxima est venditioni et emtioni, *eisdemque*  
*regulis consistit*, statim perfecta est, simulatque de vsu rei  
pro certa mercede praestando conuentum fuerit; oriturque  
ex hinc ab vtraque parte obligatio ad id quod fide contractus  
continetur L. XXI. *Locati*, neque locator ante finitum tempus,  
ad quod locatio contracta fuit, rem locatam a conductore auo-  
care valet; integra enim hujus negotii substantia ex parte lo-  
cantis concessu vsus rei suae incipit, et constitutione merce-  
dis ex parte conductoris formam accipit; variae tamen dantur  
causae, quibus locator conductorem ante locationi constitu-  
tum tempus inuitum quoque et reluctantem aede vel fundo  
locato

*Enihil continet de locaoe conductione, qm de imtione venditione; qd sac o conuenit, p. a. d. Rect. dit.*



Dicitis a. in hac sectione quod ex inaequalitate si sive actio oriatur magis habenti, contra quem  
igitur habebit actionem talismodi circumventus ex natura contractus, non contra venditorem,  
quia is culpa et dolo caret; omnia contra rem ipsam ex gratia circumventus, quia hoc absurdum  
foret. Rsp. +.

Misso priori de Contractibus in genere discussu Locatio conductionis; in specie aggrediar, de  
quo dicitis in eadem sectione, quod proprius sit venditioni et emptioni, eisdemque regulis con-  
sistat. Cum a. contrarium ex ipsa huius contractus natura, appareat; ideo contra hanc  
sententiam ita argumentor: Quocumque a se invicem differunt, illa male conve-  
nire dicuntur; Locatio conductionis ab emptione venditione differunt. Et male inter se in-  
vicem convenire, a vobis statuunt. Minor probatur, quia in emptione venditione,  
dominium in emptorem transfertur, minime vero in locatio conductione, ubi proter usus  
rei, nihil conductor percipit. Rsp. +.

Ad tria simpliciter de locatio conductione, negatur, quod cum emptione venditione conveniat;  
in l. 63. ff. de Edictis Edicti. verba ita se habent: Quia o similiter etc. - fiant.  
Sicque et ab altero et nomine et re diversum est, illud utique ab altero differt. Locatio con-  
ductio, diversa plane species contractus est ab emptione venditione et re et nomine, et ab  
emptione et venditione differt. Rsp. +.

Ad a. b. Recte quem respondit Nob. In. Resp. quod in ista lege dicantur differre locatio conductionis et emptione  
dictio tantum respectu Edicti Edicti. Sed uti ex verbis citatae legis patet, ob id Edicti  
tium Edicti.



nihil continet, de locaōe conductione, qm̄ de emptione venditione, q̄a hac ō conveniunt.  
C. a. etc. — Rsp. t.

In hac re contentis Doctissima Excellentissimi Cui. Praesidis responsione, prop̄ me ad disputatō  
vestra Thema conferam, quod q̄ tenoris, nimirum ut locator conductorem, ante tempo  
rationi conductioni finitum, possit expellere, si pensionibz ō paruerit, licet pactum  
p̄latio poenalis et iuramentum de non expellendo sit adiectum. Sed, ut ad versa  
contractu locationis conductionis, q̄ natura est, ut conductori, re condicta ad tempo  
nitum uti liceat; ita et max̄ contra naturam pactorum et iuramenti est, q̄a, cum  
gem contractus dent, strictē servari debent. Atq̄, pro vestra deserventia sententia, q̄  
nimis dura videri, sic argumentor: Quocirca, q̄ naturale constituit, illud ē immuta  
bile. Pactum esse servandum q̄ nāa constituit. L. Pacta sunt immutabilia. C. l.  
pacta sunt servanda, sequit̄ quod conductor in hoc casu ō possit expelli, sed riget est q̄  
a. f. de Pactis. l. et posteris. Consequentia probat, q̄a locator pactum expresse  
de non expellendo conductore, ut et stipulationem poenalem adiecit, quam utiq̄ serv  
re debet. Rsp. t. **F. 13.**

Sed expellat locator conductorem contra pactum adiectum, non t̄a. eum expellet q̄tra  
iuramentum, quod adiecit, siq̄dem iuramentum tantum op̄at, quantum efficit renuncia  
tio specialis, argumento Capituli noni. Ita de iure iurando. Niḡit adiecit iuramen  
tum locator, de non expellendo conductore, tunc iuri suo renunciat. Rsp. t.



locato expellere potest. L. III. C. Locat. & conduct. Ius autem  
 expellendi conductorem SI PENSIONIBVS NON PA-  
 RVERIT dignum putavimus argumentum, in quo curatius  
 expendendo, operæ non nihil poneremus: non quod e-  
 ruditos illa adiuvari posse, superba ingenii ac studiorum  
 fiducia speramus, sed ne in errorem inducantur incauti,  
 utq; ad saporem istorum qui veram et elegantiore iurispru-  
 dentiam secure contemnunt, ea quæ in ipsis rerum obti-  
 nent argumentis proponentes aliquod virium ac iudicii pe-  
 riculū faceremus. Iacobus Cuiacius clarissimi nominis iure-  
 consultus; *plerumque ait Locator is dicitur qui dat mercedem;* l. 2. Obs. 20.  
*Conductor qui accipit. Immo navis magister si navem det uten-*  
*dam, Locator est; idem si accipit merces vehendas, conductor est,*  
*utroque tamen casu mercedem accipit: Dominus vero mercium*  
*priore casu conductor, posteriore locator est, et utroque casu tamen*  
*ipse dat mercedem navis, magistro. In quaerenda igitur locato-* l. 3. Obs. 2.  
*ris et conductoris definitione, a quo detur vel accipiatur merces*  
*spectandum non est; nam est locator non is, qui accipit, sed etiam*  
*qui dat mercedem: Conductor non is, qui dat sed etiam qui acci-*  
*pit mercedem. At generaliter locator est qui dat utendum vel*  
*faciendum aliquid, qui accipit conductor. Verum enim vero*  
 haec assertio minus nos torquet, cum assertum nostrum  
 concusso & solido magis quam subtili nitatur fundamento.  
 Sane prius momentum oppido refutat tota rerum condu-  
 ctarum ratio, ut itaque hanc primam huius contractus for-  
 mam in nostram ire sententiam videamus. Aggrediamur  
 ad alterum momentum quo non res sed factum in hunc  
 contractum venit. Ait: *Navis magister, si navem dat u-*  
*tendam locator est; recte et forte mercedem accipit pro vsus*  
*concessione. Idem si accipit merces vehendas conductor est,*  
*et tamen mercedem accipit; at dominus mercium locator dat*  
*mercedem conductori. Ita arguit Cuiacius. At vero*  
 sicuti in emtione venditione nihil absurdi est eundem  
 diverso respectu emtoris et venditoris locum subire; id e-  
 tiam in locatione conductione facti vel operæ L. XXII. §. 2.

B. Verum o vides qd hac condictio, si pensionibus non paruerit Con-  
 ductor, faciat, quo minus pactum sit servandum; nam de  
 hac conditione nihil expressit locator in pacto adjecto, adeoq;  
 siue suo iuri renunciasse videt, cum utiq; sumis resam  
 expresse adiecisse, quia pensiones st de resu Locatoris comode



*Locati* locum inuenit, atque eo magis, quod in hac semper etiam *rei* circa quam opera occupatur, concessio concurrit, vnde vicissim, qui rem ad operam locandam praebet, *locator rei* & *conductor operae* est: et rursus qui operam pro mercede praestat et operam locat, et rem conducit scilicet faciendam quod & *redimere* dicitur L. XXX. §. 3. *Locati*. Nam ecce magister naui, si merces vehendas accipit, et locator et conductor est, itemque dominus qui dat merces vehendas. Merces autem vere semel interuenit et quidem ex parte domini mercium qui pro praestatione *operae* & *ueturae* mercium vehendarum soluit mercedem, et haecenus dominus est conductor, & magister locator operarum suarum. Porro quatenus magister conducit usum mercium, et ius vehendias atque exinde percipiendae mercedis facultatem eatenus locat usum eundem dominus L. II. pr. de L. Rhod. sed merces domino haecenus nulla solui, nec promitti solet, quia *primario* non hoc agitur, vt magister conducat usum mercium, neque vt locet usum naui, sed vt locet operam *ueturae* et accipiat *naulum* L. V. *naut. caup.* At usus naui et *uetura mercium*, siue concessio vtendae naui ad merces transportandas et mercium vehendarum, carent mercede, quippe quae vtrunque *compensata* intelligatur. Locator igitur est qui accipit mercedem, & conductorem si pensionibus non paruerit extrudere potest. Licet conuentum fuerit de non expellendo conductore, poena quoque adiecta, si tamen iste pensionem non soluerit, conuentio locatorem non obligat, neque etiam poenam in casum expulsionis promissam petere potest colonus, verum exceptione doli a locatore repellitur, quod nimirum veritati haud contrarium sit, ita conuenisse de non expellendo colono intra tempora praefinita, si pensionibus paruerit, quamuis in stipulatione poenali nihil fuerit expressum. Etenim conductor qui pensionem non soluit, habet quod sibi imputet, si ex hac causa fundo conducto expellatur. Quamuis igitur per istam  
expul-



id. Holl. Dag. Resp. Quod juramentum tantum valeat, quantum renunciatio spealis, sed solam  
in eo casu, ubi <sup>gr</sup> intentionem renunciandi habeat; Jam utiq. videt locutor habuisse ani-  
mum renunciandi expulsi, qd expresse juramentum de non expellendo addidit, nul-  
lam a. mentionem fecerit pensionum non solutarum. Resp. t.  
ad cuilibet juramento, quod absq. salutis aeternae dispensatione servari potest, standum est; si-  
cut juramentum de non expellendo condictere, absq. dispensatione salutis aeternae servari potest  
l. omnino standum est illi. Major probat et capitulo 28. Prae de iurejurando. Resp.  
ad ne temp. ceteris nobiliss. Dno. <sup>graciarum</sup> opposentibus, q. melioribus instructi argumentis, sic  
accessere, priusquam pedem sic figam; gratias quoque solvens major Excellentissimo Dno.  
Praesidi, quod tenita mea argumenta boni consulere, doctissimiq. suis responsionibus il-  
lustrare voluerit, siciti n. quidem ~~graciarum~~ singularem erga me benevolentiam spi-  
cio, ita dabo operam, ut istam officii mei paratissimo restituere valeam. Ceterum  
tibi Nobile Dae. Resp. gratulor de hoc insigni specimen, grates aq. fundo, quod  
meas leves objectiones serena fronte excipere, doctaq. responsione dignari o. renueris,  
Deum precatq. velit tua coepta Alacia, in civis ~~graciarum~~ sui nominis gloriam, & ac-  
cipit. Litteraria emolumentum dirigere, & ad metam gratatissimam pervenire.








expulsionem grauiſſimum ipſi ſucceſceret incommodum, cum tamen ſua culpa hoc ſentiat damnum minus illud ſentire intelligitur L. CCIII. *de reg. iur.* Fruſtra contractus fidem implorabit, illamque ſibi a locatore ſeruari poſtulat conductor cum ipſe non ſeruet. c. LXXV. *de reg. iur. in VI.* Si itaque Conductor locatorem ſibi velit habere obligatum ipſe quoque ex ſua parte contractum obſeruet, et omnia ſecundum conductionis legem faciat neceſſitas exigit L. XXV. §. 3. *Locat. conduct.* Legi vero conductionis in eſt penſio ſeu merces in compensationem uſus a locatore, conſeſſi praeſtanda, quae proinde ſubſtantiale locationis conductionis a Doctores appellari conſuevit. Plane iniquum etiam foret, ut locator et re ſua quam alteri locauit et pretio, penſione ſcilicet, quae pro uſu rei locatae ipſi ſoluenta erat carere cogereſſetur. L. XI. §. vlt. *de action. emt.* ſicque eueniret, ut alter cum alterius iactura locupletior fieret, quod iuri naturae aduerſatur LXIV. *de condition. indeb.* L. CCVI. *de reg. iur.* Natura igitur ſuadet, conductorem ſi penſionibus non paruerit fundo ſibi locato expelli poſſe, ut nil ei proficiat, pactum de ſe non expellendo intra tempora locationis cum locatore initum. Lex LIV. §. 1. *Locat.* eſt plane perſpicua nec in obſcuro haeret ratio, cum verosimile ſit ita conueniſſe de non expellendo conductore intra tempora praefinita, ſi penſionibus paruerit, ut ait Paullus. Ratio autem generalis poſita eſt in fide reciproca, qua contrahentes utrinque ſibi tenentur, quodque fruſtra ſibi fidem pacti conductor poſtulet a locatore ſeruari cui fidem a ſe praeſtitam ſeruare recuſat. c. LXXV. *de reg. iur. in VI.* Et hoc non tantum ſi ſimplex pactum de non expellendo conductore intra tempora locationis interceſſerit, obtinet, ut eo non obſtante conductor in ſoluenda penſione ſi moram faciat expelli poſſit, verum etiam, ſi eiſmodi pacto adiecta fuerit poenalis ſtipulatio, licebitque adhuc ea non refragante moram ſolutionis expellere; haec ſententia eodem innititur fundamen-



damiento quod ipsa quoque stipulatio poenalis tacitam  
hanc conditionem, si pensionibus paruerit colonus vel  
conductor, nullam quantumvis de his mentionem moue-  
rint contrahentes, implicare censeatur, atque ita poenae  
metus non deterreat locatorem, quem non alias conuen-  
tio tenet quam si sine causa expulerit conductorem. Si  
locator iurauerit non expellere conductorem, aut pactum  
de non expellendo initum iuramento firmauerit condu-  
ctorem pensione non soluta eiici posse, eadem sane militat  
ratio, et arbitratur locator iurans, conductorem ex sua quo-  
que parte contractum impleturum omniaque ex fide pra-  
stiturum esse, quod dum non facit conductor, neque ille  
fidem iurata[m] obseruare tenebitur c. III. in fin. et c. XXIX. in  
fin. X. *de iure iur.* atque sic de casu hoc quo scilicet contra  
fidem contractus conductor pensionem non soluit, haut  
cogitasse creditur locator eo tempore, quo iuramentum  
interposuit, cum et illum praeuidere non potuerit indeque  
extensio iuramenti ad illum merito reicitur, nec alias ad  
non cogitata illud porrigi potest; sed omnes ne-  
gotii cui adiicitur, qualitates et conditiones recipit,  
c. XXV. X. *de iure iur.* Si igitur aliam sententiam ample-  
cteremur duram conditionem illaturi essemus locatori,  
quem et re sua et pretio pro usu rei soluendo hac  
ratione carere oporteret. L. XI. §. vlt. *de action. emt.* con-  
ductor autem cum damno eius locupletior redderetur,  
quod tum naturae L. CCVI. *de reg. iur.* tum iuramento, quod  
vinculum iniquitatis esse non debet. C. XII. *de iure iurand.*  
aduersatur. Video opponi mihi posse, hac ratione,  
pactum, poenalem stipulationem et iuramentum, si nihilo-  
minus conductorem ob non solutam pensionem reicere  
liceat, frustra apponi, contra communem iuris regulam,  
verba aliquid operari et ne minimum quidem in contractu  
positum otiosum esse debere. Sed hic nodus facile re-  
secatur. Regulae illi locus non datur, vbicunqu[e] ea ex-  
primuntur, quae alioqui tacite contractui, et ex natura  
sui,



sui, iam insunt, ac si scilicet praeter ea quae etiam absque  
eiusmodi pacto, stipulatione poenali, vel iuramento adiec-  
to ex natura ipsius contractus debentur, aliquid ultra prae-  
stari necessum sit. Deinde verba non possunt plus operari  
quam mens atque intentio contrahentium L. III. §. 9. *de a-*  
*dim. Legat.* Hanc vero tacitam locatoris voluntatem, ipsa  
pacti stipulationis, vel iuramenti adpositio continet: **S**  
**PENSIONIBVS PARVERIT CONDVCTOR:** hanc igi-  
tur omnino attendi debere res ipsa non postulat, sed flagi-  
tat. Denique verba locatoris si secundum naturam  
negotii, cui adiiciuntur, virtutem fortiantur, satis iam ope-  
rari constat, vt proinde plane otiosa dici nequeant. Con-  
sulatur Hartm. Pistor. *Lib. 2. qu. 3. n. 34. 54.* Carpzouius *lib. 6.*  
*Responso. tit. 3. Resp. 30. n. 33.*



*Conductor ne re locata expellatur, intra biennium  
integram mercedem soluere tenetur.*

**C**onductor partem mercedis, licet maximam soluturus  
sibi minime sufficit, ad auertendam expulsionem, tum  
quod indiuisa sit contractuum causa, tum quod nec alias  
vnquam creditori inuito particularis solutio obtrudi possit  
L. XLI. §. 1. *de usur.* cum solutio partium non minima soleat  
habere incommoda tum, quod locator conductori tenea-  
tur integrum plerumque praestare vsum totius rei locatae,  
neque vilo modo eum in perceptione huius impedire queat  
L. XXV. §. 1. *Locati;* ex aduerso igitur aequum sit, vt con-  
ductor totam mercedem, quippe quae in compensatio-  
nem vsus datur, soluat: absurdum enim esset obligatio-  
nem in alterius persona tenere, in alterius minime L. XXI. §.  
pen. in fin. *de recept. qui arbitr. recep.* cum contractus vltro  
citroque pariant obligationem L. XIX. *de verbor. signif.* Sane,  
si pensionem non integram solui debere sed per partes pen-  
di pos-

B

di pos-



di posse, inter contrahentes conuenerit, istiusmodi con-  
uentioni standum erit L. XVI. C. de locat. & conduct. neque  
licet pars aliqua soluenda restet, expelli poterit conductor;  
alias enim particularis solutio, si ita creditori placuerit fieri  
potest, argum. §. I. in fin. I. quib. mod. tollitur obligatio. Cae-  
terum obligatio haeredum ex lege XII. tabularum cum sit  
diuisa L. LI. famil. erisc L. VI. C. eod. tutior est sententia,  
quae haeredes pro parte sua saltim obligari, adeoque ob a-  
liorum moram hos qui partem suam soluerunt atque pen-  
sionibus paruerunt expelli fundo conducto non posse ar-  
guit; mora enim sua cuius non alteri nocere debet. Neque  
refragatur indiuisa contractuum natura; obligatio enim  
ad pensiones ex hoc contractu soluendas, cum haec in  
pecunia numerata, vel etiam (secundum quosdam) in aliis  
rebus fungibilibus consistant omnino diuisa est. E-  
quidem diuisam et indiuisam obligationum causam, ex re-  
rum in obligationem illam deductarum naturam iudicari o-  
mni caret dubio. Euolu. Franzk. Exercit. 10. quest. 4. Strauch.  
Dissert. iustin. 14. th. 3. cum seqq. Multum aestuant, mul-  
taque confingunt interpretes ad certo termino et limite so-  
lutionem et expulsionem designandam. Sunt enim,  
qui in principio statim locationis mercedem soluendam,  
esse volunt argum. L. II. pr. locat. ubi comparisonem insti-  
tuit iureconsultus emtionis venditionis cum locatione  
conductione, ex qua inferri videtur, quod sicut venditor  
statim post perfectam venditionem, hoc est, 'consensum,  
de re pro certo pretio tradenda interpositum, agere potest  
aduersus emptorem actione venditi ad pretium consequen-  
dum; ita quoque locator statim post celebratum locationis  
conductionis contractum, hoc est, concessum de usu rei  
pro certa pensione concedendo interpositum. At ve-  
ro respondemus ex ipso comparisonis argumento nobis  
opposito, quod quemadmodum venditori ante impletum  
a se venditionis contractum emptorem ad pretium sibi sol-  
uendum conuenienti valide ab hoc fidei contractus non-  
dum



dum impleuisse respondetur; ita et conductori eadem exceptio aduersus locatorem ante finitum usum mercedem petentem prodesse debeat: nec enim ante locator contractum ex parte sua impleuisse dici potest. Salicet. *ad L. III. C. locat. n. 8.* Frantzk. *ad π. locat. n. 178.* Zoes. *ad C. eod. tit. qu. ii.* Alii deinde medio locationis conductionis tempore pensionem solui debere non dubitant argumento L. VII. §. 4. C. *de aduocat. diuers. iudicium.* nisi: quibus nos a separatis male inferri, neque a salario, quod fiscus pendit patrono suo, ad pensionem e locationis conductionis contractu soluendam valere argumentum, bene regerimus. Melior itaque est tertia sententia, eorum, qui mercedem expleto demum usu praestandum esse neque exigi ante posse statuunt. Aliud igitur asserere incumbit, si vel conuentio partium, vel deinde consuetudo regionis tempus soluendae pensionis definiat: his enim omnino standum, cum et conuentio legem det contractui et consuetudo iuri communi derogandi virtutem vindicat; Sane si locatio in plures annos contracta et pensio in singulos statuta sit, in fine cuiusque anni haec soluenda erit, cum tot censeantur esse locationes quot pensiones argumento L. XXIX. L. CLX. *de verbor. oblig.* Caeterum biennium istud a Paulo in L. LIV. §. i. *locat.* positum quoad expulsionem conductoris in terminis ubi loquuntur habilibus, esse intelligendum et supponendam locationem ad plures annos contractam recte monent Doctores ipsaque res indicat. Nam si ad breuius tempus, anni, vel biennii inita sit locatio, eo finito ipse quoque contractus dissoluitur; ita de non expellendo conductore ante tempus ob moram solutionis, inanis, immo absurda foret quaestio, cum finito locationis tempore sine dubio cogatur inquilinus, domino iubente migrare et pensionem soluere. Ad Frantzk. *ad π. locat. num. 186.* Ista autem expositio confirmatur antiqua locationis conductionis contractum apud Romanos celebrandi ratione, qua in *quinquennium* plerumque solebant locari praedia.



L. XXIV. §. 2. et 4. *locat.* L. LXXXIV. *de verb. oblig.* idque vocabatur lustrum L. IV. §. 1. *de reb. cred.* L. XIII. §. ult. *locat.* Ante biennium autem ob solam moram in soluenda pensione commissam expellendus haut erit conductor. Equidem alii restringunt, quibus ratio nostra a prisca Romanorum in lustrum locandi consuetudine petita, non aridet, biennium expulsionis conductoris praefinitum ad casus singulares si scilicet vel non adpareat conductor, hoc est, si sit absens quem casum continet L. LVI. *locat.* aut si praesens quidem sit, sed pactum de illo non expellendo intercesserit de quo agit L. LIV. §. 1. *eod.* committi, & propter eam eiici posse, conductorem statuunt. Quam tenet Richterus *part. 2. decis. 81. n. 10. in fin.* eamque defendere conatur Schilterus *praxi iuris Rom. Exerc. 31. §. 19. et 20.* Enimvero rectius biennium illud indefinite, de quolibet conductore cui domus vel fundus ad aliquot annos locatus est, siue praesens sit, siue absens, siue pactus fuerit de non expellendo siue minus; intelligimus, cum & c. III. X. *De locat. & cond.* generaliter & indefinite biennium hoc exprimat, illaque expositio menti etiam aliorum textuum magis congruat. Sane statuere haut erubescimus, in casu nostro conductoris ob non solutam biennio pensionem eiiciendi, aequae locum habere expulsionem in locatione praedii rustici, quam urbanae, militat enim rationis aequabilitas, quae facit, ut idem quoque ius in utraque obtinere debeat L. XXXII. *ad legem Aquil.* Nam locatio praediorum tam rusticorum quam urbanorum, respicit mercedem in compensationem usus soluendam: et locator in utraque haut alius censetur concedere velle usum quam sub tacita conditione ut sibi merces vicissim pendatur, quae si non observetur, certe non video quam obrem locator praedio rustico conductorem minus expellere queat, quam urbano. Neque officit huic sententiae, quod imperator Antoninus in L. III. C. *de locat. et conduct.* et Gregorius Pontifex in c. III. X. *eod. tit.* loquantur de praedio urbano locato:  
Consti-



Constitutiones enim quales in Codice et canonico iure bene multas deprehendimus, plerumque ad illam facti speciem, de qua imperatores vel pontifices consulti fuere directae ad excludendos casus similes extrui non possunt. Sic Antoninus imperator a Callimorphonia de aede seu domo, quam illa conductam habebat consultus absurde de praedio rustico respondisset: vt proinde ex hoc, vt et altero, illo canonici iuris textu minus valide contra nos inferatur.

Vim huius argumenti non elidunt, qui per vnum annum moram ducentem conductorem innixi hac ratione expellunt; quod haec res pendeat ex mora quae lapsum biennii non requirat: Sed neutiquam haec licentia pendet ex sua conductoris expellendi mora, sed ex singulari iuris dispositione, quae hunc biennii terminum constituit, intra quem non soluta pensione dissolui locatio queat.

Si Conductor intra biennium pensionem non soluerit, neque etiam probabilem causam qua motus pensionibus non paruerit, docere possit, attamen solutionem non denegauerit, ane nihilominus expelli poterit, an vero per solutionem continuo vel modico interuallo interiecto praestitam moram purgare poterit strictim discutiamus. Posteriolem sententiam merito amplectimur, tum quod aequior illa sit, humaniorque tum quod canones ei haut refragentur.

Estque ratio manifesta, cum is qui continuo satisfacere paratus, et ut aiunt, in procinctu soluendi est, in mora constitutus dici non possit atqum novell. LXXXI. c. 2. in fin. neque magnum damnum sit in mora modici temporis vt ait Vlpianus in L XXI. de iudic.

Vnde verbum praeteriti temporis, quo Antonini imperator vtitur, non obest, verum potius hunc casum similem, quo quis soluere paratus est, includit, cum et alias in iure pro facto non nunquam habeatur, quod de proximo faciendum est argum: l. pen. de testam milit. Quo pertinet porro, quod in emphyteusi ob non solutum canonem, amittenda, emphyteuta continua satisfactione securitati consu-

c. 3. X. de locat. et conduct.



lere poenamque caduci effugere queat. c. vlt. X. de locat' et  
conduct'. Ceterum cum pontifices celerem satisfactionem  
a conductore ne eiiciatur desiderent, quantum ea temporis  
interuallum comprehendat, disputant. Et licet Doctores  
ea quae in continuo celeriter, intra modicum tempus, mo-  
dico intervallo, hisque similibus verbis fieri dicuntur, varie  
definiant; consulatur Matthias Colerus de processibus execu-  
tiu: part. 4. c. 2. Iacob. Menochius arbitrar iudic. quæst lib. 2.  
Cent. 1. cas. 8. Saxonici iuris interpres clarissimus Carpou. p.  
1. const. 8. def. 27. suauior tamen est sententia, quae iudicis  
arbitrio id committit, vt is pro ratione personarum, nego-  
tii ceterarumque qualitatuum ac circumstantiarum et modo  
adstringat, modo remittat. Hoc in aperto est, si loca-  
tor, cum iuste expellere conductorem qui pensionibus non  
paruerat posset, post elapsum biennium pensionem ab eo  
recipiens non obtestetur, expellendi iuri renunciaſſe cenſe-  
ri. Iuri enim expellendi comitem ſemper ſe iungit o-  
dium, et quemadmodum dominus emphyteuſeos poſt ela-  
pſum triennium in emphyteuſi ſeculari, biennium vero in  
eccleſiaſtica iuri renunciaſſe videtur. Secus ſi recipere  
locator obteſtetur, quod recipiendo noliſt iuri ſuo expellen-  
di conductorem facere praeiudicium, ſed hoc nihil ominuſ  
vti velit, dominuſ igitur poteſt expellere conductorem  
et deductiſ impenſiſ petere penſionem temporis quo ille  
habitauit, reque conducta uſuſ fuit l. penult. locat. conduct'.  
Sunt quidam, qui conductorem ſi per biennium ſoluerit  
penſionem non ſolum expelli & mercedem temporis quo  
habitauit, vel re locata uſuſ eſt, ab eo petunt verum futu-  
ri etiam temporis ad quod locatio contracta erat, et ſic to-  
tiuſ quinquennii exigi poſſe ſtatuunt, quorum tamen  
ſententia nullo nititur fundamento. conſul. Franzk. π. locat.  
n. 150. ſane ſi locator, ex iuſta aliqua vel probabili cauſſa iuſ  
expellendi conductorem ſibi eſſe ignorauerit ſi locatio  
per procuratorem eiſ facta fuerit, vel etiam locator ſit per-  
ſona, cui iuſ ignorare licet; ecce, mulier, minor ru-  
ſticuſ



sticus, aut similis perceptionem mercedis non censebitur iuri expellendi conductorem renunciaſſe; nemo credendum eſt remittere voluiſſe ius, quod ſibi competere ignorabat. Quid ſi conductor initio contractus, in caſum ſi penſionibus non paruerit poenam promiſiſſet, poteritne adhuc expelli videbatur quod, non poſſit, cum dominus per poenam contractui adiectam cenſeatur renunciaſſe iuri expellendi conductorem, et ab illo reſeſſiſſe, ſuadet tamen ratio, vt conductorem non ſoluta mercede poſſe expelli ſtatuum, ne quod in fauorem locatoris introductum eſt, vt vel poenam excipere vel iure expellendi vti poſſit, in odium illius detorqueatur LXXV. *de legib.* L. VI. C. *eod.* Vtrumque autem et eiicere conductorem poenamque petere non valet locator, ne duplici poena reus afficiatur quod durum et iniquum foret L. XI. pr. L. XIII. *de poenis*, verum electionem tantum habet, an poenam exigere an vero expellere conductorem velit. Conductorem in penſionibus ſoluen- dis moram neſtentem idoneum fideiuſſorem locatori quamuis dederit, per quem de mercede non ſecurus modo ſed a quo facile vbi eum conuenerit conſequi poſteſt; extrudi poſſe rationibus innixus ſtatuuminare non dubito: cautionem enim admittendo locator illam legitimam facultatem a ſe abdicare nequit et per iſtam non deterio- rem ſuam conditionem facere, ſed meliorem conſilium eſt: Euoluatur Meuii *part.* 7. *decif.* 315.

Non iuuat, conductoris in praedium inueſta, locatori eſſe obligata, ſiquidem expulſurus iſta includit, et ſecuritati ſuae conſulit Pro inueſtis autem et illatis habenda eſſe, quae eo animo a domino induſta vt perpetuo in praedio eſſent conſtat ex reſponſo Scaeuolae lege XXXII. *de pignoribus*. Vbi diſtinguit inter ſeruos qui temporis & inter illos qui perpetuae morae cauſſa quamdiu ſcilicet conductum praedium erit in eo habentur. *Reſponſi* inquit, *eos duntaxat, qui hoc animo a domino induſti eſſent, vt ibi perpetuo eſſent non temporis cauſſa accomodarentur, obligatos.* Addunt interpretes legem


XXXV



XXXV. §. 3. *de hered. instit.* quae quamvis praecipue quaerat rerum Italicarum & prouincialium significatione quaenam res accipiendae ad praesens tamen argumentum egregie facit. Ait Vlpianus *totum id facere voluntatem domini, et quid senserit spectandum esse.* Censeri autem Italicas defuncto fuisse quas perpetuo ibi habuerit atque ita is posuerit ut perpetuo haberet. Quod si transtulisset aliqua tempore in alium locum, *non ut ibi haberet sed ut denuo ad pristinum locum reuocaret;* nihil id ob stare. Sic fundo legato, ad legatum non pertinere agasonem, qui *qui non idcirco illo erat immissus, ut ibi esset,* seruos quoque ad illud non pertinere, *qui non ita in agro fuerint, ut ei agro viderentur destinati.* Haec ut vt manifesta sunt, Franciscus Connanus, doctissimus iureconsultus alia etiam pro inuectis et illatis habenda statuit, innixus auctoritati Pomponii lege VII. §. I. *In quibus caus. pignus vel hypoth. tacit.* Verba legis sunt. *Videndum est ne non omnia illata vel inducta; sed ea non sola, quae ut ibi sint illa fuerint pignori sint, quod magis est.* Quae ita Connanus interpretatur: *quorum causa ipsae aedes conductae quodammodo videntur.* Afferit deinde legem tertiam eiusdem tituli, in qua Vlpianus Neratii sententiam approbat, conducto horreo vel diversorio, vel area res quoque inuectas et illatas ex tacita conventionem obligari. Frumentum autem vinum et caeterae res, non ut perpetuo sed ut ibi in illis locis sint, duntaxat solent inferri atque inuehi. Quare & pro illatis atque inuectis habenda erunt, quorum causa ipsa conductio facta est, quaeque in praedio quasi inhabitant, ut cunque nolit conductor ea perpetuo ibi esse. Dissensus hic componi facile negotio potest. Illud indubitatum quorumcunque causa conductum praedium, quaeque ita inducuntur & inferuntur, ut ei sint quodammodo destinata, vel custodiae perpetuae et conseruandi, vel alterius rei gratia significatione illatorum et inuectorum accipienda esse. Haec etiam dici possunt inuecta et illata in  
prae-



praedium *ut perpetuo ibi sint* siue *ut ibi sint*. Nolo enim cum Connano discrimen aliquod in hisce facere, quum Ulpianus promiscue iisdem praedicta lege quinta et trigesima utatur. Illud autem bene observandum est quaedam ita conducto praedio destinari, ut ita speciatim ibidem sint, quaedam ut quae genus tantummodo. Talia sunt frumentum, vinum merces coeterae res quae venales habentur. Serui quoque venales inuectis annumerari debent, si huius mercimonii causa aedes conductae fuerint. Quaecunque vero non inferuntur ut eo modo in praedio sint, sed forte ob metum et incursionem hostium, aut si res pro villae usu emtae interim afferuntur, donec eo queant transmitti, haec inuectorum et illatorum nomine haut debent cenferi.



*Expulsionis modus expenditur.*

**T**Andem ut reuertar eo vnde deflexeram, stat inconcussum, quod haecenus a me assertum est conductorem si pensionibus non paruerit expelli posse. Non possum vero hac occasione non monere, sapienter facere locatorem, qui in exercendo suo iure sollicitationibus et blanditiis non fallacibus conductoris viam omnem, qua potest non intercludit, imprimis si hic iustam aut probabilem causam, qua ductus vel coactus pensionem solvere intermiserit doceat. Nam et alias quaelibet causa etiam minima multo magis error animum excludit, et paupertas impossibile inducens a mora et culpa excusant sed non sufficit producturo istud impedimentum sibi ita obstitisse, ut pensionibus parere nequiverit, si probare non possit; impedimendum enim, ut aiunt est facti, et non praesumitur. Excusabit igitur conductorem iusta causa, qua commotus pensionibus non paruit. Quaero si conductor locatorē vicissim obligatum sibi habeat, ratione in pensarum in rem locatam factarum poteritne ob hanc causam iuste commo-

C

rari



rari in solvenda pensione, an vero illa non obstante expelli poterit? Non posse conductorem expelli, quamdiu locator inuicem ex contractu locationis ipse tenetur, ad ea quorum gratia ius retentionis habet, qualia sunt impensae necessariae et vtilis in rem conductam factae; docet Metius, *part. 2. Decis 87.* Non enim trahit moram, qui potest exceptione legitima se tueri c. LX. *de reg. iur. in VI.* Si igitur liquidae fuerint eiusmodi impensae per compensationem pro soluta habebitur merces cum solutionis vicem obtineat compensatio et a mora excuset L. VIII. *de doli mali et metus except.* si non sint admodum liquidae, speciem tamen aliquam habeant, nihilominus mercedem retinere poterit conductor, saltem eousque, donec per sententiam iudicis constet an pro liquidis an pro illiquidis habendae sint, adeoque nec periculo expulsionis ante subiacebit. Non enim est adeo praecipitandus conductor compensationem allegans ut non detur ei competens ad probandum dilatio. Quemadmodum autem si conductoris praetensiones plane sint illiquidae atque altioris indaginis, a locatore vero talia in contrarium proferantur, quae ad elisionem sufficiunt, exactio liquidi non differtur ob illiquidum L. V. *de statu liber.* Itaque sub eiusmodi furo moram in soluenda pensione commissam excusare si velit conductor, audiendus non erit, verum expelli omnino poterit cum iusta solum causa non iniusta ac friuola, a mora, et quae ex hac dependet expulsionem conductori praebet excusationem, malitia autem sua nemini prodesse debeat. Licet in se otiosa expulsionis materia; et arctioris interpretationis sit attamen cum debitor pensionis, tempus exsoluendae illi destinatum sciat, vel scire debeat, sicque propria sua culpa pensionibus non pareat, solo temporis huius lapsu in mora illum constitui et propter eam fundo conducto expelli posse credimus c. fin. X. *de locat. & cond.* Sic locatori non officit, quod nullus conductorem admonuerit, cum ea quae promittit, ipse in memoria sua seruare,  
nec



nec ab aliis isti manifesto compertum sit uti loquitur Iustini-  
anus imperator in L. XII. in f. C. de contrab. et committend.  
stipul. Neque dubiam nostram faciunt sententiam, quae ab his qui istam morae speciem ferre nolunt obiici  
solent. Non, quod dies pro debitore, et in eius grati-  
am adiectus sit L. XLI. §. 1. final de verbor. oblig. L. XVIII. in  
fin. de reg. iur. nulla autem iuris ratio aut aequitatis be-  
nignitas patiatur, ut quae pro utilitate hominum introducta  
sunt, duriore interpretatione contra ipsorum commodum  
producantur ad severitatem verbis Modestini in L. XXV. de  
legib. Respondemus enim adiectum quidem esse diem,  
pro debitore, verum solum ratione medii temporis, ut  
non ante illum diem solvere cogatur L. XXXVIII. §. 16. de  
verbor. oblig. post elapsum vero illud tempus sine dubio in  
mora ponitur conductor. Dies enim propterea designatus  
est, ut sciret debitor, sibi soluendum esse qui favore di-  
lationis usque ad eum diem usus erat. Urgent deinde tem-  
pus non esse modum inducendi obligationem, per legem  
XLIV. §. 1. de oblig. et action; at facilius respondemus verum  
illud quidem esse de solo temporis lapsu, secus tamen si vi-  
na cum tempore, vel iuris dispositio, vel contrahentium  
consensus vel alia iusta causa concurrat. Denique hoc  
potissimum urget Bachovius, quod sicut in obligatione  
conditionali existentia conditionis facit, ut debitor vere, *Vol. 2. ad*  
conueniri queat, ita hic idem faciat dies superueniens l. *Trentl. Diss.*  
CCXIII. de V. S. quae comparatio nititur L. LIX. de verbor. *3. §. 7. lit. D.*  
oblig. quemadmodum igitur in obligatione conditionali  
per ipsam conditionis existentiam non ponitur quis in mo-  
ra, verum interpellatione opus est, ita quoque in obliga-  
tione in diem certum est comparatum esse; cum et absur-  
dum sit proximum diem et inducere ius agendi cum effectu,  
et simul constituere debitorem in mora, fierique nequeat,  
ut eodem instanti et nascatur petitio et mora contrahatur,  
argum. l. XXI. §. 1. de constit. pecun. At vero differentia  
inter obligationem conditionalem et inter obligationem



in diem certum est plane evidens, itaque paucis tantum  
 respondebimus. In conditionali obligatione ante exi-  
 stentiam conditionis non nascitur obligatio sed in eam tan-  
 quam casum differtur, proinde qui ita contraxit condicione  
 pendente non est obligatus, verum spes tantummodo cre-  
 ditorem alit debitum iri §.IV.I. *de verb oblig.* quo facit com-  
 muni illud sermone tritum, conditio nihil ponit in esse,  
 et quod est in conditione non est in obligatione. In  
 obligatione autem in diem certum contracta dies iam tum  
 cesit, nataque est obligatio, immo et actio licet sine effec-  
 tu ante diem. Debitor haut ignorat, quando dies ille  
 venturus sit, vt tunc vere conueniri queat. Nec igitur  
 id absurditatis titulo damnari potest, quod asserere  
 non dubitamus lapsu diei et veram induci actionem,  
 et debitoris argui moram, etenim quia diem certum ven-  
 turum esse debitor probe nouerat, non feret hoc impune,  
 quod eum diem labi passus est, promissionis suae et obliga-  
 tionis qua tenebatur immemor L. XII. C. *de contrah. stipul.*  
 L. II. C. *de iure emphyteut.* Eleganter graeci interpretes:  
 ὁ ὑπὸ ἡμέραν ὀφείλων ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκειν  
 ὀφείλει.

Expulsionem conductoris non proprio locatoris au-  
 su fieri posse variis vrgetur difficultatibus. Permultos  
 enim et haut infimi subsellii Doctores esse scio, qui propria  
 auctoritate conductorem pensionibus non parentem,  
 eiciendi ius esse locatori affirmare conantur, quod si de il-  
 lo casu, quo conductor non resistit, siue lubens cedit, in-  
 telligas, facile concedimus, si autem ius quod conducto-  
 rem inuitum et coactum fundo conducto expellit, expul-  
 sionem proprie vocabitur. Si vero resistat conductor lu-  
 bensque domo vel fundo excedere nolit iudicis auctorida-  
 te sine dubio opus esse statuimus; tum, quia leges a propria  
 iuris sibi dicundi potestate abhorrent, et grauibz poenis il-  
 lam prohibent tot. tit. C. *ne quis in sua caus. iud.* L. XIII. *quod*  
*met.*



*met. caus.* tum, quia nec creditor absque iudicis auctoritate possessionem rei oppignoratae ingredi potest, licet etiam ex lege conuentionis illi haec potestas facta sit L. III. C. de pign. Quid quod dominos praediorum seu locatores aduersus conductores discedere nolentes congruis legum remediis vti debere, hosque priuata expellere auctoritate illis non permitti haut obscure innuunt L. XXXIV. C. de locat. L. XII. et L. XVIII. de vi et vi armat. alique quamplurimi textus; vt adeo de hoc plane non sit dubitandum. Quin et quamuis ipse locator iurisdictione stipatus esset, nec conductorem ob non solutam biennio pensionem ipso facto et propria auctoritate fundo locato eiicere licitum ipsi erit, verum iusto ac consueto iudiciorum ordine istum expellere debet, cum nec alius magistratus conductorem obtorto quasi collo domo vel fundo locato extrudere possit, sed solenni iudiciorum more conductorem audire, eiusque exceptiones non secure contemnere sicque ordinario iudiciorum vsu peracto, sententia rem decidere debeat. Sed desinamus plurium. Quod in laudandis doctorum nominibus tam parcus fui noli obsecro aut fraudi aut arrogantiae mihi ducere. Non vindico mihi soli omnia sed sequor exemplum summorum iureconsultorum, quin et monitum Senecae: *Multum interest, vtrum ad consumptam materiam vtrum ad subactam accedas. Crescit indies, et inuenturis inuenta non obstant. Praeterea conditio optima est vltimi. Parata verba inuenit, quae aliter instructa nouam faciem habent nec illis manum iniicit tanquam alienis. Sunt enim publica.*

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.



C 3

Sic



**S**ic bene conjungis *Sophiae Sanctissima jura,*  
*Scitaq; das Studii nunc documenta tui.*  
*Gratulor hos animos, quos, si prerexeris aptè,*  
*Nunquam destituet gratia, fama, decus.*

Poltissimo RESPONDENTI

<sup>f.</sup>  
Christianus Nöhrensee/P.P.

**I**n dubiam sanè descendis, Amice, palæstram  
Victor pugnando fortis abito, precor.

*hac Clariss. Dno. Resp. gratulab.*  
*appon.*

Io. Caspar. Brendel/D.

**N**on sua dant fragili scriptores nomina chartae  
*Quos quondam doctores charta fuisse probat.*  
*Inunc, et specimen Cathedra sic siste videndum,*  
*Vt virtus aequis laudibus ista micet.*

*scrib. fausto omine.*

PRAESES

**Q**uas IMPERATOR non sine maximo  
Honore Leges sanxit in IMPERII  
Vsum Sacri, non pœnitebit  
*Phœbicolae coluisse easdem.*

Nam nulla desunt *Eunomiae DEAE*  
Brabea ; nullum Magnificum Decus.

Quot *Arte*, quot sunt *Marte* clari,  
Quos meritò *Pietas* adorat!

Nec *Tē* latebit *NUMINA*, *Luminaque*  
Vnquam clientem sic venerarier,

Vt condecet, *TRAVTMANNE*, cuius  
*Nomen in omine cōprobat.*

Quare



Quare Tibi vel relligio foret,  
Nî redderetur tam *PATRIAE PATRI*,  
Quàm *splendida PATRUM CORONAE*  
Jam studii ratio hisce *ATHENIS*,  
Nec me fefellit, quae Tibi tradidit  
Ad me ferendas, *HEKELII* manus.  
Talis fuisti, qualis ipsi  
Haud sine laudibus audiebas.  
Sic perge, (sicut pergere Te iuuat, )  
Sic fiet olim, vt percipiatur hinc  
Jucunditas sudore parta.  
Praemia nulla *Dice* negabit.

*Suo Domino*

**TRAUTMANNO,**

*rumultuariâ hâc vendâ*

*L. M. Q.*

*adclamab.*

**M. Iohann. Peißker/**

P. L. Caes. Lyc. Witteb. Rector  
& illustr. Soc. Teuton.  
addictus.

---

**D**um docte euoluis sancti jam dogmata iuris.  
Posteritas Nomen efferret ipsa tuum  
Applaudo meritò, mecum omnes atque precantur  
Serviret vt laudi ausus et iste tuus.

*Honoratissimo Dn. Conterraneo  
ita gratulatur*

**M. Ioh. Dan. Schroeder/**  
Langos. Thur.

**TE**



**T**E quia delectat Legis decerpere flores  
Hinc meritò dignas Tibi colligis inde coronas  
Floreat hic honor, hocce decus memorabile crescat,  
Et cedat tandem Patriae Tibique Saluti.

*Hisce Conterraneo suo ac Amico suauissimo  
applaudere volebat*

**M. Christophorus Fridericus  
Schuchard,  
Franchusa - Schvvarzburg.**

---

**I**ri perge Tuo doctisque incumbere chartis,  
Sic referes studiis praemia digna Tuis.

*Ita pereximio Domino Respondenti, disputa-  
tionis auctori, conterraneo ac amico suo  
singulariter dilecto gratulans  
acclamat*

**Georgius Key/Rudolphst.  
Thuringus, SS. Theol. Stud.**





Wittenberg, Diss., 1688-89

ULB Halle 3  
003 731 693




f  
56.

1017











1076

20

1689 2

DE <sup>sh</sup>  
**IVRE EXPELLENDI**  
**CONDUCTOREM**  
 DIVINIS AVSPICIIS  
 FAVENTE  
 MAGNIFICO IVRECONSULTORVM ORDINE  
 PRAESIDE  
**GEORG. TOBIA ALBERTI D.**  
 PVBLICE DISPVTABIT  
 HENRICVS CASPAR **EXMUEMANN**  
 RVDOLPH. SCHWARTZB.  
 A. ET. R.  
 MENSE AVGVSTO clb lbc LXXXIX.  
 VITEMBERGAE  
 LITTERIS SCHVLTZI.

